 182

singulas, aut margaritas singulis aciculis exiguo, æquali tamen inter se spatio distantibus impositas, intuenti splendore suo, ac nouitate artificij aciem oculorũ quamuis acutissimam facilè tamen hebetent. In hac, literarum puncta sunt, utpote quarum penè maxima interciderit. .... XIE .... KONA .... XEIE. Nummum hunc æreum mediocrem apud Aeneam Vicum Parmen. uidimus.

In una parte.

13. Augustus cernitur laureatus, sinistra facie, cum inscriptione corrupta, semesa ..... ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

In altera.

Statua muliebris, intuentis oculis opposito corpore, stans, capitulum capite gestans, è quo prætereà uelum in inferiora corporis demissum est, expansis ambabus manibus. Literæ lectu difficiles, quia semesæ. ΛΥΚΟΝ ΔΙΛ. ΠΟΛΕ.... Hinc inde ad humeros. Ξ—Ξ. Sub manu læua. C. Σ. Nummum hunc æreum mediocrem apud D. Rinaldum Odonem Venetum conspexi.

In una parte.

14. Augustus habetur læua facie, non coronatus, nudo collo, cum adscriptione. PAT. ΠΑΤΡ.

In altera.

m. iij.